

nitas in sua: sicut ergo aeternitas est in omnib. finit. temporibus & infinite excedit illa, ita immensitas est in omnibus finitis locis, & infinite superat illa sicut igitur Dei aeternitas comprehendit non potest finitus temporibus, sed est extra illa, id est ante illa & post illa, ita et sic habet immensitas ad finita loca. Rursus hac ratione verò dicitur Deus extitisse ante reale tempus in omni tempore imaginario, etiam si cum infinita successione apprehendatur, in quo non fingitur imaginariū tempus esse aliquid reale, aut Deū esse in illo per aliquā realem coexistentiā aut habitudinē, sed solū vultur illa comparatione & apprehensione ad declarandam infinitatē diuinæ durationis, quia nos non possumus illam infinitatem nisi per ordinem ad quantitatem & successionem declarare, & quia reuera ante quodlibet tempus intelligimus potuisse esse aliud, & tunc iam extitisse Deum, semperque idem esse etiam si in infinitum procedatur: idem ergo eadem proportione & ratione in spatiis veris, vel imaginariis intelligendum erit.

Ex quo et intelligitur quid indicet illa aduerbia temporalia & localia, cum dicimus Deum fuisse ab aeterno hinc ubi nunc creatus est mundus, vel ubi vbi cunctis; creati posset, aut tuac fuisse quoniam potuit Deo creati ante totū tempus reale præteritū: nam sicut illud (tunc) non significat, aliquā durationē, quæ actu extiterit, distinctā à Deo, sed significat ipsammet durationē Dei vt aptā ad coexistentiā dū, tempori vel inflati quæ antea esse posset, illud aduerbium [ibi] aut [hic] non indicat locum realem actu existentem, sed solam presentiam Dei per immensitatem, vt de se aptam ad coexistentiā localiter cuiuscunque corpori realiter ibi existentis.

Concludimus ergo ex oibus dictis verū esse, quod in illa tertia obiectione supponitur, ad immensitatem. scilicet non satis esse quod actu sit in rebus omnibus creatis, id est; ex sola actione quæ actu exercet circa hōi res, immediatē non satis colligi immensitatem Dei: nihilominus tñ (vt supra dicebatur) extendendo proportionaliter argumentum ubi ab actione actuali ad possibilem, optimè concludi Deū esse immensum, quia si necesse est Deum actu esse præsentem ubi actu operatur, necesse etiam erit esse realiter præsentē ubi cunctis operari potest. An verò dicendus sit esse localiter ubi non operatur, quæstio est de nomine, quam inferius breuiter expediemus.

Superest vt notandum dicamus de testimoniis scripturæ. Et de testimoniis quædam Pauli Acto. 17. probabilis est verū illud [non loq̄e est ab vnoquoque nostrū] intelligendū esse de distantia loca h. & non de prouidentia aut cura nostrarū rerū, vt aperte exposuit Theophyl. cuius est testimonium non integrū citatur: dicit n. in illis verbis [in ipso viuimus, mouemur, & sumus,] significari prouidentiam Dei erga nos, non tñ in illis: [Non longè est ab vnoquoque nostrū:] sed in his significari dicit non esse procul à nobis, quod asserit colligi ex actionibus. ipsius prouidentia: explicat; ex ipso corporali, quod sicut aer, in quo viuimus, & sine quo viuere non possumus, vndique dēt esse diffusus, & non procul à nobis, ita (inquit) Deus prope est, si ne quo viuere non possumus. Neque aliud tenent Be da in cit. loco. Expressit verò Hieron. Isaie 66: aut Paulū possit esse illa verba. [Vt Iudicū cōmunicat errorē, qui putant inuisibile, & incorporeale,

A & incomprehensibile Deū templo Ierusalem posse concludi] Vnde illa verba Pauli æquivalente dicit illis. [Nonne celi & terram ego imploro:] & super Habacuc 2. in fine, tractans verba illa [Dns in templo sancto suo,] post alias expositiones ait, [Aut certe iuxta illud quod cælos, & terras, & maria, & vniuersū mundū Spūs in tus alit, totaque infusa per artus Mēs agitat mole, & magno se corpore mitcet: mundus cīs, qui cælo constat & terra, & cælorū circulis clauditur, Dei domus esse perhibetur. Vnde & Apostolus cōfessus est ait, In ipso. n. viuimus, mouemur, & sumus.] Denique hæc interpretatio iuxta propriam significatōnem verborum est: iuxta verò dēt metaphora, est ergo illa præferenda.

Apparetius quidē dici posset, illa verba [Non longè est ab vnoquoque nostrū] re ferri ad cognitionē naturalem, quā nos possumus hñe de illo. Dixerat n. Paulus, hōies factos esse vt quærent Deū, & attēctēt, nimirū cognitionē & amorem, & iudicat: Quāuis non longè sit à nobis, id est à nostra cognitione, eū in ipso viuamus, & sumus: x quibus effectibus possumus in illius cognitionem deuenire. Quāquam verò hoc intendat Apostolus, si negari non potest, quin ad explicandam magis hñe facilitatem attēctandi Deū cognitionē & amorem illud et cōmemorare voluerit, quod intra nos ipsos illum habeamus, quia nimirū in nobis est, nos viuificando effectiue, & conferendo.

Alter locus ex Pl. 138. licet probabiliter possit exponi modo superius dicto, tñ probabilissimū est eū David ait, [Quo ibo à spiritu tuo, & quo a facie tua fugiā?] in priori verbo reale presentiam iustitiam, in posterori scientiam intelligere. Quæ expositio habetur ibi notē Hier. & eandem hñe in cognitis, Iansen. & ali. Cū ergo loquatur [Si ascendero in celi,] rñdet ad priorem partē, neminem scilicet posse effugere à spiritu Dei, quā vbiq; est præsens. Hoc autē probat eum loquatur, [Si sumptio pennas meas diluculo] Inde n. probat Deū esse in oibus locis ad quæ homo fugere aut auolare potest, quoniam nisi Deo adiuuante & sustentante illuc peruenire non potest, vt ibi Iansenius de clarauit. Posset tñ nihilominus ad hæc testimonio respondet, hoc non affirmari in his locis per modum iustitiam, seu approbationē consecrationē, sed solum affirmatio ita dicit. Vt etiam si admitatur illatio (quod videtur magis consentaneum literæ) posset fundari non in eo principio purè philosophico, quod agens & patiens debent esse simul, sed in proportione vel paritate rationis, nam si Deus in omnibus operatur, ergo & in omnibus est, cum non sit minus infinitus in existendo, quā in agendo. Vt cunctis tamen fundetur illatio, semper ex actione colligitur presentia, & ex infinita actione possibili colligitur immensitas, quod nos in cōmuni præcipue. Atque hoc modo insinuat eandem rationem Anselm. in Monolog. c. 22. in fine. Ambros. l. b. r. de Spirit. sancto c. 7. in principio, ubi probat Spiritum sanctum esse vbiq; quia in omnibus operatur, quod etiam significat Hil. d. de Trinitate circa medium.

Ex alijs attributis diuinis probatur immensitas. Alter modus probandi diuinam immensitatem sumi potest à priori ex alijs attributis diuinis. Quem vt declarare, suppono, tem spiritualem,

XXXIX. Locutiones de aeternitate & immensitate Dei, portionate explicantur.

XL. Isti verbi, qui aduocantur, significant aduocantur.

XL. Eligitur ex dictis quod ad immensitatem Dei requiritur.

XLII.

Theoph.

Be da.

hierony.

XLII.

XLIII. Testimonium ex Pl. 138. ad idem roborem explicatur.

XLIII.

XLIII.